

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De institutis coenobiorum

Cassianus, Johannes

[Basel], nach Sept. 1485

Liber sextus de spiritu fornicationis

[urn:nbn:de:bsz:31-306702](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-306702)

Capitula

tem. nequa q̄ potuissent egrotantē cellu-
lam reperire tam itineris lassitudine q̄
inedia sitiq̄ confecti. fixis genibus ī ora-
tiōis officio sp̄m dño reddiderūt. Qui
post hęc vestigiōz suozum indicijs diu-
tissime perquisiti. quē in locis illis bare-
nolis tanq̄ niuibz impressa signatur.
donec ea velleui ventoz flatu tenuis ba-
rena discurrrens rursus operiat. inuenti
sunt ficus intactas vt acceperant refer-
uasse. eligentes sc̄z animam magis q̄ fi-
dem depositi p̄dere. vitamq̄ potius a-
mittere temporalem q̄ senioris violare
mandatum

Sententia abbatis macharij
de obseruantia monachi vel ta-
q̄ diuissime victuri vel tanq̄
quotidie morituri

Cap. xli.

Adhuc vnum beati macharij. p̄-
fertur nobis salutare manda-
tum. vt libellum ieiunioz 7 con-
tinentie tanti viri claudat sentētia. Ita
inquit debere monachuz ieiunijs operā
dare vt centum annis in corpore cōmo-
raturuz. ita motus animi refrenare. 7 in-
iuriarum obliuisci. tristitiaq̄ respuere.
dolores quoq̄ ac detrimēta contemne-
re tanq̄ quotidie moriturum. In illo nā
q̄ vtilis est prudensq̄ discretio. eqli mo-
nachum districtione faciens semper īce-
dere. nec permittens sub occasione debi-
litati corporis de arduis ad perniciosissi-
ma p̄rupta tenolui. in hoc vero magna
nimitas salutaris. quē valeat non soluz
quē videntur prospera mundi presentis
despicere. verum etiā aduersis tristibzq̄
non frangi. 7 ea velut parua nullaq̄ cō-
temnere. illic habens ingiter fixum suę
mentis intuituz. quo quotidie singulq̄
momentis accersendum esse se credit.

ExPLICIT de spiritu castitatis
liber quintus.

Incipiūt capitula libri sexti
de spiritu fornicationis.

- R**oemium
ij De principali correctione
adūsus spiritum fornicatiōis.
iij Quantum ad supandum forni-
cationis vitium remedij conse-
rat continentie solitudo.
iiij Quid intersit inter continentiaz
7 castitatem. 7 an vtraq̄ simul
semper habeatur
v Q̄ impugnatō fornicationis so-
lo humano studio non possit
vinci
vi De peculiari gratia ī munere ca-
stitatis
vij Exemplum de agone mundiali
sc̄m sermonem apostoli.
viij De comparatione purificatiōis
eorum qui in terreno agone cer-
tamen habituri sunt
ix Quantam semper cordis purita-
tem parare dei oculis debeam⁹
x Quod sit indicium p̄fecte et inte-
gre puritatis
xi Quo vicio illusio nocturna pro-
cedat
xij De carnis puritas sine mundicia
cordis nequeat obtineri.
xiiij Quē sit purgationis carnalis
prima custodia
xiiij Non laudem studeamus tere-
re castitatis sed effectum ei⁹ ex-
ponere
xv De specialiter castitatis virtus ab
apostolo sanctimonia nuncu-
petur.
xvi De alio apostoli testimonio sup
eadem sanctimonia
xviij De spes sublimioris premij. de-
at custodiam castitatis augere
xviij De sicut absq̄ humilitate castitas
obtinere non potest. ita sine ca-
stitatis scientia
xix Sententia sancti Basilij episco-
pi de qualitate virginitatē suę.

cap. 8. dicitur qd id populum ad id se gressus id deo dicitur.

Liber VI.

- xx Qui finis vere integritatis ac puritatis sit.
- xxi Quemadmodum perfecte puritatis statum retinere possimus
- xxij Usq; ad quem modum possit integritas corporis nostri perduci, vel quod indicium sit ad purum mentis excocte.
- xxij Remedia curationis quibus perfecta possit cordis et corporis nostri puritas permanere.

Expliciunt capitula

Incipit liber sextus de spiritu fornicationis.

Cap. primum.

semper ad purum

Secundū nob certamen est traditione patrum adūs spūm fornicationis. longum p̄ ceteris ac diuturnū. 7 ppau-
 cis ad purum deuictum immane bellū. 7 qd cum a primo tempore pubertatis impugnare incipiat hominū genus. nō nisi prius cetera vicia supentur extinguitur.
 Duplex nanq; est oppugnatio gemino armata virus confurgens ad preliū. et idcirco similiter ei gemina est acie resistendum. Siquidem vt morbo carnis atq; cōcretū vires acq̄rit. ita nisi vtrisq; pariter dimicantib; nequit debellari. Nec enim sufficit solum corporale ieiunium ad conquirendam vel possidendā p̄fecte castimonie puritatē. nisi p̄cesserit contritio spūs 7 oratio cōtra hunc immundissimum spūm p̄seuerans. dein continuata meditatio scripturarū. huicq; fuerit scientia spiritalis adiuncta. labor etiam opusq; manuum instabiles cordis p̄uagationes coercens ac reuocās. 7 añ omnia fundata fuerit humilitas vera. sine qua nullius penitus vicij poterit vnq̄

triumphus acquiri. De principali correctione aduersus spūm fornicationis

Cap. ij.

P Rincipaler enim vicij huius correctio de cordis perfectione descendit. ex quo etiā huius morbi virus domini voce prodire signatur. De corde inquit exeunt cogitationes male homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia &c. Illud ergo est p̄mitus expiandum. vnde fons vite 7 mortis manare cognoscitur. dicente Salomone. **O**mni custodia serua cor tuum. Ex his enim sunt exitus vite. Caro enim eius arbitrio atq; imperio famulatur. 7 idcirco summo studio parsimonia. ieiuniorum sectanda est. ne escarum abundantia resecta caro. p̄ceptis animę salutaribus aduersata. rectorem suum spirituz deiciat insolescens. Ceterum si omnem summam in castigatione tantū corporis collocemus. anima non similiter a ceteris vicijs ieiunante. nec meditatione diuina et spiritalibus studijs occupata. neq; ad illud sublimissimū vere integritatis fastigium poterimus ascendere. illo quod in nobis est principale. puritatez corporis nostri infestante. Oportet ergo nos mundare prius iuxta sententiam domini. id quod intus est calicis 7 parabdis. vt fiat id quod de foris est mundum.

Quantum ad supandum fornicationis vitium remedij cōferat continentie solitudo

Cap. iij.

O ENIq; cetera vicia etiā vsu hominum 7 exercitio quotidiana purgari solent. et quodammodo ipsius lapsus offensione curari. vt putare. tristitie. impatientie languor. meditatione cordis ac perugili sollicitudine fratrum etiam frequentia et assidua pro uocatione sanantur. Dumq; commota manifestantur sepius et crebrius arguuntur. quantocius perueniunt ad salutem. Sic vero morbus. cum corporis

De spiritu fornicationis

afflictione et contritione cordis. solitudi-
ne quoque ac remotione indiget. ut possit
ad integrum sanitatis statum pernicio-
sa estuum febri deponita peruenire. Sic
plerumque certa egritudine laborantibus
vtilis est. ut cibi noxij ne oculorum quidem
iporum obtutibus offerantur. ne quod
aspectus occasione desiderium eis leta-
le gignatur. ita plurimum confert ad de-
pellendum hunc specialiter morbum qui
es ac solitudo. ut mens egra minime di-
uersis figuris interpellata ad puriorem
pueniens contemplationis intuitum. fa-
cilius pestiferum concupiscentie fomitem
radicitus possit eruere.

**Quid intersit inter castitatem
et continentiam. et an utraq; simul
semper habeatur** Cap. iiii.

Nemo tamen ex hoc negare nos-
putet. etiam in congregatione
fratrum positos inueniri continen-
tes. quod per facile fieri posse confitemur.
Aliud enim est continetiam esse. id est eu-
kratiam. aliud castum. et ut ita dicam in
affectum integritatis vel incorruptio-
transire. quod dicitur a con. Quae virtus
illius sol tribuitur maxime qui virgines vel
mente vel carne perdurant. ut uterque io-
hannes in nouo testamento. in veteri quoque
helias hieremias daniel fuisse noscuntur.
In quorum gradu hi quoque non immerito re-
putabuntur. qui post experimenta corru-
ptionis ad similem puritatem statum per la-
borem longum et industriam integra-
te mentis et corporis peruenierunt. et acu-
leos carnis non tam impugnatione con-
cupiscentie turpis quam naturae tantummodo
motu sentiunt. Quae statum dicimus diffi-
cillime posse inter hominum turbas app-
bendi. utque vero et hoc possibile sit vnus-
quisque non nostra sententia expectet agno-
scere. sed conscientie suae rimet examine.
Ceterum continetes multos existere non
dubitamus. qui impugnatione carnis.
quam vel raro vel quotidie sustinent. seu
metu gehenne seu desiderio regni caelorum
extinguunt atque compescunt. Quos senio-

res sicut pronunciant posse non penitus
incentiuis obrui vitiorum. ita securos et
in sauciatos semper existere non posse de-
finiunt. Necesse est enim vnumquemque
in colluctatione positum. quous frequen-
ter aduersarium vincat ac superet. et ipm
tamen aliquando turbari.

**Impugnatio fornicationis
solo humano studio non possit
euinci.** Cap. v.

Quia propter si nobis cordi est. ago-
nem spiritalem cum apostolo legiti-
me decertare. hunc immundissi-
mum spiritum superare. omni mentis intentione.
non nostris viribus confidentes. hoc et
industria humana perficere non potest.
sed opitulatione domini festinemus. Tandem
namque hoc vicio aiam necesse est impug-
ri. donec se bellum gerere supra vires suas
agnoscat. nec labore vel studio proprio vi-
ctoriam obtinere se posse. nisi domini fuerit
auxilio ac protectione suffulta.

**De peculiari gratia in munere
castitatis.**

Cap. vi.
Et reuera cum in omnibus vir-
tutum profectibus. et cuncto-
impugnatione vitiorum. domi-
ni sit gratia atque victoria. in hoc praecipue
peculiare beneficium dei ac speciale do-
num. et patrum sententia et experimento
purgationis ipsius manifestissime decla-
ratur his. qui eam meruerint possidere.
Quodammodo enim exire de carne est. in
corpore commorantem. et ultra naturam est
fragili carne circumdatum. carnis aculeos
non sentire. Et idcirco impossibile est ho-
minem suis (ut ita dixerim) pennis ad
tam praecellsum caelestemque premium subuo-
lare. nisi eius gratia domini de terra ceno-
munere eduxerit castitatis. Nulla etenim
virtute tam proprie carnales homines spiri-
talibus angelis imitatione conuersatio-
nis equantur. quam merito et gratia casti-
tatis. per quam adhuc in terra regentes
habent secundum apostolum municipatum in caelis. quod
deponita corruptela carnali habituros

sanctos pmitit in futurum. biciam in carne fragili possidentes

Exemplum de agone mundiali scdm sermonē apostoli. L. vii.

Adi quid dicat apostolus. Omnis qui in agone contendit: ab omnibus se abstinere. A quibus omnibus dixerit inquiramus. ut possit nobis spiritalis agonis instructio. In hac agone visibili student legitime decertare. utendi omnibus escis quas desiderij libido suggererit non habent facultatem. sed illicitam quas eorundem certaminum statuit disciplina. Et non solum interdictis escis et ebrietate omninoque crapula eos necesse est abstinere. verum etiam cuncta inertia et ocio atque desidia. ut quotidianis exercitiis iugiter meditatione virtus eorum possit accrescere. Et ita omni sollicitudine ac tristitia negocijsque secularibus affectu etiam et opere coniugali efficiuntur alieni. ut preter exercitium discipline nihil aliud noverint. nec ulli mundiali cure penitus implicentur. ab eo tantum qui certamini presidet sperantes quotidiani victorie substantiam. et coronę glorię condigna que premia victorie laude conquirere. Atque intantum se mundos ab omni coitum pollutione custodiunt. ut cum se preparant ad agonum certamina. ne qua forsitan per somnum nocturna veluti fallacia. vires minuant multo tempore perquisitas. lami nis plumbis renum contegant loca. que seculi metalli rigore genitalibus membris applicito. obscenos humores valeant inhibere. intelligentes se proculdubio esse vincendos. nec iam posse propositum certamen ad empę viribus adimplere. si puram pudicitie soliditatem fallax noxie voluptatis imago corrupit.

De compatione purificationis eorum qui in terreno agone certamen habituri sunt.

Cap. vii.

Itaque si agonis mundialis intelleximus disciplinam. cuius ex

emplo beatus apostolus nos voluit erudire. docet quanta in illa sit observatio. quanta diligentia. quanta custodia. quod nos conveniet facere. qua puritate oportebit custodire nostri corporis atque anime castitatem. que necesse est quotidie sacrosanctis agni carnibus vesci. quas neque immundum contingere etiam veteris legis precepta permittunt. In leuitico namque ita precipitur. Omnis mundus manducabit carnes. Et anima quecumque comederit de carnibus sacrificij salutaris quod est domini. in qua est immundicia. prohibet coram domino. Quantum igitur integritatis est munus. sine qua etiam illi qui erant sub veteri testamento. sacrificijs typicis non poterant interesse. et qui huius mundi corruptibilem coronam cupiunt adipisci nequeunt coronari.

Quantam spiritus cordis puritatem parare dei oculis debeamus.

Cap. ix.

Itaque omni custodia cordis nostri sunt latebre primitus expiande. Quod enim illi in corporis puritate cupiunt assequi. nos debemus etiam in archanis conscientie possidere. in qua dominus arbiter atque agonisteta residens. pugnam cursus et certaminis nostri iugiter expectat. ut ea que in propatulo horremus admittere. ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione patiamur. et in quibus humana cognitione confundimur. ne occulta quidem conbitentia polluamur. Que licet possit hominum preterire noticiam. sanctorum tamen angelorum ipsiusque omnipotentis dei sciam quam nulla subterfugit secreta latere non potest.

Quod sit indicium perfecte et integre puritatis.

Cap. x.

Cuius puritatis hoc erit evidens indicium ac plena probatio. si vel nulla imago illicita quiescentibus nobis et in soporem laxatis occurrat. vel certe impellat nullos percipere motus valeat excitare. Licet enim ad plenam

De spiritu fornicationis

pecti noxā tal' cōmotio nīme cōputet. tñ
nec dum perfecte mentis indicium est.
nec ad purū excocti vicij manifestatio.
cū per fallaces imagines huiusmodi ope-
ratur illusio.

**¶ Quo vicio illusio nocturna p-
cedat.**

Cap. xi.

Qualitas enī cogitationū q̄ dis-
tentionibus diei negligentius
custoditur. pbatur quiete noct-
na. Et idcirco cum intercesserit aliq̄ talis
illusio. nō culpa somni credenda est. sed
negligētia t̄p̄is p̄cedentē. 2 manifestatio
morbi latentē intrinsecus. quē nō primi-
tus noctis hora parturijt. s; intimis ani-
me reconditū fibris ad cutis superficiez
somnia refectione. p̄duxit. arguēs oculi
tas estuum febres quas p̄ totūz diei spa-
cium noxijs cogitationibus passi p̄traxi-
mus. vt solent male q̄z valitudines cor-
porūz nō ea colligi tempestate q̄ vident
emergere. sed negligētia sunt p̄teriti tem-
poris acquisite. quo passus q̄s impudē-
ter efcis saluti contrarijs noxijs humo-
res sibi met letalesq; contraxit.

**¶ Carnis puritas sine mundi-
cia cordis nequeat obtineri.**

Ideoq; humani **Cap. xij.**
generis creator 7 conditor dē.
opificij sui naturā p̄re omnibz
emendationemq; cognoscens. illuc cu-
ram adhibuit medicine vñ causas mor-
bi p̄ncipalit' nouerat emanare. quicūq;
inquiens viderit mulierē ad p̄cupiscen-
dum eā. iam mechat? est eā in corde suo
p̄tulantē oculos notās. nō tam eos
arguit q̄ illū interiorē sensum. q̄ officio
eorū male vtitur ad videndū. Cor nāq;
est egrum 7 sauciū libidinis telo q̄ ad
concupiscendū videt bñficiū intuit?
recte sibi met a creatore cōcessum suo vi-
cio ad operū p̄rauoꝝ ministeria contor-
quens. 7 in semetip̄o recōditū p̄cupiscē-
tie morbū contemplationis occasiōe p̄-
ducens. Idcirco huic precipitur salu-
tare mandatū. cuius vicio pessim? lan-
guoz visus occasione. p̄cedit. Nō enim

dicit. omni custodia serua oculos tuos.
quos vtiq; oportuit p̄ncipalit' custodiri
si ex ip̄is concupiscētijs p̄diret affectus.
nihil enī amplius oculi q̄ simplex aīme
p̄trent visionis officiū. s; dicit. oī custo-
dia serua cor tuū. illi potissimū imposita
medicia quod vbiq; abuti potest ad vi-
tendam oculorum ministerio.

**¶ Que sit purgationis carnalis
prima custodia.**

Cap. xij.

Hec enī igit purgatiōis h̄ p̄ia
custodia. vt cū menti n̄re mēo
ria secus feminei p̄ subtilē sug-
gestionem diabolice calliditatis obreple-
rit. p̄mum recordatione p̄missa matris so-
rorum parentum seu certe seminarum
sanctarū. quātotius eam de n̄ris recessi-
bus extrudere festinem? ne si fuerim? in
ea diutius immorati occasione sexus se-
mel indepti. illex malozum ad eas perso-
nas exinde subtilit' deuoluat ac p̄cipitet
mentē. p̄ quas noxijs cogitationes pos-
sit inserere. Vobrem illius p̄cepti ingit
meminisse debem? omni custodia serua
cor tuū. 7 fm̄ dei p̄ncipale mandatū
sollicite serpenq; obfuarē noxiū caput. i.
cogitationū malarū p̄ncipia. quibus ser-
pere in aīam nostrāz diabolus temptat.
nec sinam? p̄ negligētijs penetrare i cor
nostrum reliquū eius corpus. i. oblecta-
tionis assensum. Qui p̄culdubio si fue-
rit intromissus. morsu virulento mentē
interimet captiuatam. Emergentes etiā
peccatores terre nostre. id est sensus car-
nales in matutinis sui ortus nos oportz
extinguere. 7 dum adhuc paruuli sunt al-
lidere filios babilonis ad petraz. Qui
nisi dū tenerrimi sunt fuerint enecati. ad-
ulti per cōhibentiam in perniciem no-
stram validiores insurgent. aut certe nō
sine magno gemitu ac labore vincuntur.
Dum enim fortis scz spiritus noster to-
mum suam custodit armatus. recessus
cordis sui dei timore communiens. in
pace erit omnis substantia eius. id est
emolumenta laborum ac virtutes lōgo

tempore conquiescit. Si aut fortior superueniens vicerit eum id est diabolus cogitationum consensu. arma eius diripiet in quibus confidebat. id est memoriā scripturarum vel timorem dei. et spolia eius dividet. Virtutum scilicet merita per contraria vicia queque dispergens.

¶ Non laudem studeamus terere castitatis. sed effectum eius exponere. **¶ Cap. xiii.**

¶ Ut cuncta preteream que in sanctis scripturis ob laudem virtutis huius inserta sunt. non enim mihi propositum est laudem terere castitatis. sed qualitates ipsius vel quemadmodum acquiri vel custodiri debeat. que vel sit finis eius. patrum traditionibus explicare. vnam tantummodo ponam beati apostoli sententiam. qua pateat qualiter illas thessalonicensibus scribens. et virtutibus pretulerit vniuersis. tali eam verbi nobilitate commendans.

¶ Specialiter castitatis virtus ab apostolo sanctimonia nuncupetur. **¶ Cap. xv.**

¶ Ecce inquit voluntas dei sanctificatio vestra. Et ne forte dubium nobis relinqueret vel obscure quodnam sanctificationem voluerit appellare. vtrum iusticiam. an charitatem. an humilitatem. an patientiam. in omnibus enim istis virtutibus creditur acquiri sanctificatio. infert et manifeste designat quod proprie sanctificationem voluerit appellare. **¶** Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. ut abstineatis vos inquit a fornicatione. ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore. non in passione desiderij sicut et gētes que ignorat deum. Quides quibus eam laudibus persequantur. honores vasis id est corporis nostri. et sanctificationem eam appellans. Igitur econtrario qui in passione desiderij est. in ignominia et in immundicia consistit. et alienus a sanctificatione versatur. Tercio quod post pauca infert. rursus sanctimoniam eam pronuncians. **¶** Non enim voca-

nit nos deus in ignominia. sed in sanctificatione. Itaque que hec spernit non homines spernit sed deum. que etiam dedit spiritum sanctum in nobis. Auctoritate quod precepto suo inuolabile iuravit. dicens. Qui hanc spernit id est que de sanctimonia profatur sum. non hominem spernit. hoc est me que hanc percipio. sed deum que in me loquitur. qui etiam spiritui suo sancto cor nostrum habitaculum deputauit. Cernis simplicibus fratribus ac puris qui bus eam preconijis quantisque extulerit laudibus. primum virtuti huic sanctificationem proprie tribuendo. deinde per hanc afferens vas nostrum corporis ab immundicia liberandum. tertio quod abiecta ignominia et contumelia in honore sit et sanctificatione mansurus. postremo que summa est perfecti premij ac beatitudinis remuneratio. per hanc habitatores pectoris nostri sancti fore spiritum designauit.

¶ De alio apostoli testimonio super eadem sanctimonia. **¶ Cap. xvi.**

¶ Licet ad finem libelli tēdat oratio. aliud adhuc sile huic pretermissum eiusdem apostoli testimonium ponam. Ad hebreos namque scribens. **¶** Dacē inquit sectamini cum omnibus sanctimoniam. sine qua nemo videbit deum. Hic quod euidenter sine sanctimonia quam solet integritatem mentis vel puritatem corporis appellare. pronunciat deus penitus videri non posse. Si quidem et hic similiter infert. eundem sensum explanans. **¶** Ne quis fornicator aut profanus ut elau.

¶ Spes sublimioris premij debeat custodia castitatis augere. **¶ Cap. xvii.**

¶ Itaque quantum sublimis celestis est premium castitatis. tanto grauibus aduersariis insidijs lacessitur. Et idcirco propensius nobis est. non solum continentia corporis veruetiam contritio cordis assiduis orationum gemitibus adhibenda. ut clibanus carnis nostre que rex babilonius incētiuis suggestionum carnalium succendere non desistit. descendente in corda nostra rore sancti spiritus extingatur.

De spiritu fornicationis

Quasi abscis hu militate castitas obtineri non potest ita sine castitate scientia. **Lap. xvij**

Etenim hanc seniores aut ap-
prehendi non posse nisi prius hu-
militatis in corde fundamenta
fuerint collocata ita ne ad fontem quidem
vere scientie perveniri posse definiunt. do-
nec penetrabilibus animae nostrae radice vi-
tium huius infederit. et possibile quidem
esse integritatem sine scientie gratia repiri-
im possibile vero scientiam spiritalem sine
integritatis castimonia possideri. Quia
et diversa sunt dona et non omnibus una gra-
tia spiritus sancti tribuitur. sed ad quam se unus
quisque studio vel industria sua dignum
aptumque praebeant. Denique cum in omni-
bus apostolis sanctis virtus integritatis pfe-
cta fuisse credatur. abundantius tamen scien-
tiae donum exuberavit in paulo. quia se ad
hanc aptum solerti studio atque industria
preparavit.

Sententia sancti basilij epi de
qualitate virginitatis suae.

Lap. xix

Fertur sancti basilij cesariensis
epi districta sententia. Et mu-
lierem inquit ignoro. et ego non
sum. Intantum intellexit in corruptionem
carnis. non tam in mulieris esse abstinen-
tia quam in integritate cordis. quae vere incor-
ruptam perpetuo sanctimonia corporis vel
timore dei vel amore castitatis custodiat.

Qui finis vere integritatis ac
puritatis sit.

Lap. xx

Et hoc hic est integritatis finis
ac perfecta probatio. si quiescentibus
nobis tranquillatio voluptatis nul-
la streperit. ac per necessitate naturae no-
bis inconscis concretae egerant ob-
scenae. Quas sicut abscidere per oia et im-
perpetuum amputare super naturam est. ita re-
vocare ad inevitabilem rarissimamque natu-
rae necessitate summam est. quae pulsare
monachum duobus interpositis mensibus solet.
Quod tamen dictum sit secundum nostram experientiam
non secundum sententiam seniorum. a quibus etiam be-

memorati temporis indutiae admodum ut
dicabant anguste. quas si hoc modo quae ab
ipsis percepimus voluerimus exponere.
his forte qui per negligentiam suam vel remis-
sione studii puritatem hanc minus ex-
pugnare. incredibilia vel impossibilia de-
scripsisse credemur.

Quemadmodum perfecte purita-
tis statum retinere possim? **L. xxi.**

Quem statum ita tenere perpetuo
poterim? ac nunquam naturalem
modum nec tempus excedere super
propheticum. si deum non solum secretorum
actuum nostrorum verum etiam cogitationum
intermarum diurnum pariter nocturnumque in-
spectorem esse et conscius cogitemus. ac per
omnibusque in nostro corde versant sicut
per factis et operibus nostris ratione nos
ei reddituros esse credamus.

Usque ad quem modum possit in-
tegritatis corporis nostri produ-
ci. vel quod indicium sit ad purum
mentis excoctum. **Lap. xxij**

Ac usque igitur festinandum est no-
bis. et eo usque adversus animi mo-
tus vel carnis incetiva pugnan-
dum. donec ista carnis proditione necessita-
tem naturae expleat. non suscitet volupta-
tem. secreta exuberantia sine ullo puri-
tatis noxae repellens. non pugnam suscitans
castitati. Ceterum mens domini adhuc dormiens
imaginum visione deludit. non erit se nec
domini ad integram perfectionem castitatis excoctam.

Remedia curationis quibus
perfecta possit cordis et corporis
nostri puritas permanere.

L. xxij.

Sicut ut illusiones haec ne dor-
mientibus quidem nobis sub-
reperere valeant. equale modera-
tumque spiritus tenendum est ieiunium. Quisquis enim
mensuram distractionis excedit. necesse est
ut modum quo remissionis excedat. Quia
inequalitate detentus ab hoc tranquilli-
tatis planissimo statu sine dubio revoca-
bitur. nunc quod de nimia inanitate defectus.
nunc aut cito propelezione distet. Cum imuta-

Capitula

tionem siquidē refectionis. q̄litate q̄z puritatis nostre necesse est immutari. Deinde in gis humilitas ac patiētia cordis adhibenda perpetuo est. atq; intenta aduersus iram vel ceteras passiones p̄diē cautio. **U**bi enī furoris in se derit virus. libidinis q̄z necesse est incendium penetrare. Ante omnia vero per uigil necessaria est sollicitudo nocturna. Nam sicut puritas et custodia diei nocturnam preparant castitatem. ita nocturne uigilie cordi pariter et obseruationi diurne statum solidissimum robur q̄z premitunt.

Explicit de spiritu fornicationis liber sextus.

Incipiunt capitula libri septimi de spiritu phylargyrie.

Lap. primum.

Roemium.

- Q**uod perniciosus sit morbus phylargyrie
- ij** Quenobis in uitijs naturalibus sit utilitas
- iiij** Quinobis quedam naturalia uicia sine creatoris dicantur iniuria
- v** De uitijs que ex naturalem motum nostro uicio contrahunt.
- vi** Receptus semel phylargyrie morbus q̄z difficile pellatur.
- vij** Quibus uitijs phylargyria generetur. vel quantum malo rum sit eadem precreatur.
- viii** Quod phylargyria omnes virtutes impediatur.
- ix** Quod monachus habens pecunias in cenobio permanere nō possit
- x** Quem phylargyrie laborem subeat desertor monasterij. qui an̄ plenissimis operibus murmurabat
- xi** Quod occasione custodiēde pecunie feminarum contubernia requirantur
- xij** Exemplum cuiusdam tepidi monachi phylargyrie laqueis obligati.

- xij** Quid conferant seniores iunioribus in denudatione uiciorum.
- xiiij** Quibus exemplis morbus phylargyrie triplex esse doceatur.
- xv** Male renuncians a non renuncians ante quo differat
- xvi** Cuius testimonij se colore tueantur qui exui facultatibus suis nolunt
- xvij** De renunciatione apostolorum et ecclesie primitiue
- xviii** Quod si apostolos imitari uelimus non debeamus nostris definitionibus uinere sed illorum exempla sectari
- xix** Sententia sancti Basilij epi aduersus syncretium
- xx** Quod ignominiosum sit a phylargyria superari.
- xxi** Quemadmodum superanda sit phylargyria
- xxij** Quod possit quis etiam non habens pecunias phylargyrie iudicari.
- xxiiij** Exemplum de iuda.
- xxiiij** Quod phylargyria nisi nuditate uinci non possit.
- xxv** De exitu ananie et saphire et inde quem phylargyria impellere debent.
- xxvi** Quod phylargyria lepram anime inferat spiritalem
- xxvij** Testimonia de scripturā quod perfectiorem desiderans edocet nō resumere que renuncians abdicauit
- xxviii** Quod aduersus phylargyriam uictoria non aliter possit nisi nuditate conquiri.
- xxix** Quemadmodum possit nuditas a monacho sustentari
- xxx** Remedia contra morbum phylargyrie.
- xxxi** Quod non possit quis phylargyriam vincere nisi in cenobio perseverans. et quemadmodum possit ibidem permanere.
- Explicit capitula.**